Monachus in monasterio vivat sub unius disciplina patris consortioque multorum, ut ab alio discat humilitatem ab alio patientiam. Unus enim silentium, alter doceat mansuetudinem. Non faciat quod vult, comedat quod iubetur, habeat quantum acceperit, operis sui pensum persolvat, subiciatur cui non vult. Lassus ad stratum veniat ambulansque dormitet, necdum expleto somno surgere compellatur. Passus iniuriam taceat, praepositum monasterii timeat ut dominum, diligat ut parentem,

credat sibi hoc esse salutare quicquid ille praeceperit, nec de maioris sententia iudicet, cuius officii est oboedire et implere quae iussa sunt, dicente Moysi, *Audi Israel* (Deut 6,4) et cetera.

Aus der *Regula coenobialis*, cap. IV (Walker p. 148)

Qui tusse in exordio psalmi non bene decantaverit, VI percussionibus emendare statuitur. Similiter qui pertunderit dentibus calicem salutaris, VI percussionibus. Ordinem ad sacrificium qui non custodierit ad offerendum VI percussionibus. Sacerdos offerens, qui ungulas non dempserit, et diaconus cui barba non tonsa fuerit, de rustro sacrificium accipientem ad calicem accedentem, sex percussionibus. Et qui subridens in sinaxi, id est in cursu orationum, VI percussionibus; si in sonum risus eruperit, superpositione, nisi veniabiliter contigerit. Sacerdos offerens et diaconus sacrificium custodientes cavere ne vagis oculis oberrent; quod si neglexerint, sex percussionibus emendari. Qui oblitus fuerit chrisma pergens procul ad opus aliquod, quinque percussionibus; si super terram in agro dimiserit et invenerit statim, denis quinque percussionibus; si in ligno illud levaverit, ter denis, si ibi maneat nocte, superpositione. [...] Fabulas otiosas proferens ad alterum, statim semet ipsum reprehendens, venia tantum; si autem se non reprehenderit sed detraxerit qualiter eas excusare debeat superpositione silentii aut L percussionibus. Excusationem proferens cum simplicitate quando in aliquo discutitur et non dicat statim veniam petens, ‘Mea culpa, paenitet me,’ L percussionibus.

Bibliographie

- WALKER, G. S. M. *Columbani opera*. (Scriptores Latini Hiberniae 2). Dublin 1957.

7. Benedikt von Aniane

ca. 750 – 821. Ursprünglicher Name Witiza, lat. Euticius, Reformabt und Organisator des benediktinischen Mönchtums. Um seine Reform zu unterstützen sammelte er alle Regeln, die er finden konnte, im *Codex regularum monasticarum et canonicarum* (PL 103,393-702) und veranstaltete eine systematische “Konkordanz” in der *Concordia regularum*, aus der wir lesen. Sie soll aufzeigen, dass die Benediktsregel die beste ist und geeignet ist, zum Standard zu werden. Benedikts Kapiteleinteilung folgt derjenigen seines Vorbildes der Benediktsregel.

Der erste (Prosa-)Prolog der *Concordia regularum*.

Benedictus ultimus omnium abbatum abbatibus monachis omnibus in Deo Christo salutem. Dum communi utilitati consulens attentius quaererem, quomodo utilius possem cunctis prodesse, coepi sanctorum uitas regulasque legere patrum. Quas dum sagaci intentione percurrerem et eadem pene, quae a sancto Benedicto prolata sunt uerba in quibusdam locis, in quibusdam uero sensum eundem cognoscerem, occurrit animo ea quae a tepidis segnibusque monachis dici assolet. Aiunt enim: Quid ceterae huic conferunt regulae? Quid me quas non promisi pertinet legere? Et haec quidem dicunt, ignorantes beatum Benedictum suam a ceteris assumpsisse regulam, et ueluti ex manipulis plurimis unum strenue contraxisse manipulum. Quapropter, seu propter eos qui eas habentes ignorant quibus in locis fit eorum concordia, placuit omnes ex omnibus in unum coartari sententias, quae cum beati Benedicti concordare noscuntur regula, quatenus unus ex multis collectus existeret codex, ita dumtaxat, ut beati Benedicti praecederent, quibus sequenter ceterae necti possent. Quamobrem concordia regularum hic liber sortitus est nomen. Nouerint tamen omnes, qui hunc lecturi sunt librum, quoniam non uanae laudis instinctu, nec arrogantiae fastu, quasi meum post in toto latissime orbe diffusam doctrinam ex arenti riulo cupiens ostendere nomen, sed dilectionis affectu animae meae omniumque legere cupientium salutis augmento a me esse coeptum. Qua de re testem inuoco non mei solummodo sed omnium cordium cognitorem, quoniam ipse nouit me non tumoris sed caritatis causa hoc opus egisse. [...] Sumite ergo gratanter a nobis utilem uobis contractum libellum. Siquidem inuictam robustis condidimus turrem eam que praeclaris munuimus armis, inualidis uero multigenis ex floribus nectar adsumptum lucidum depinximus fauum.

Bibliographie

- *Benedicti Anianensis Concordia regularum*, cura et studio Pierre BONNERUE. CCCM 168A. Turnhout 1999.

8. *Regularis concordia* / Æthelwold von Winchester

Die *Regularis concordia* oder das “Monastic Agreement” sollte unter König Edgar (959-975) eine Anpassung der Benediktsregel an England durchsetzen, da das Mönchtum unter den Dänen-Einfällen in schlechten Zustand geraten sein soll. Sie wurde auf der Synode von Winchester 970-3 angenommen. Bischof und Reformabt Æthelwold von Winchester (904/9-984, ab 963 Bischof) hat wohl diese Sammlung redigiert. Der Abt von Glastonbury Dunstan (um 909-988, hl.) war sicher auch, zu mindestens indirekt, beteiligt. Unsere kurzen Textausschnitte stammen aus dem Proömium und zum Thema “Heizen” im Klosters während den kalten englischen Wintern. Hauptquelle: Fleury.

Prohemium Regularis Concordie Anglicae nationis monachorum sanctimonialiumque orditur

1. <Eadgari regis iuuentus religiosa> Gloriosus etenim Eadgar, Christi opitulante gratia Anglorum ceterorumque gentium intra ambitum Britannicae insulae degentium rex egregius, ab ineunte suae pueritiae aetate licet, uti ipsa solet aetas diuersis uteretur moribus, attamen respectu diuino attactus abbate quodam assiduo monente ac regiam catholicae fidei uiam demonstrante cepit magnopere deum timere, diligere ac uenerari. Radiante paulatim fidei scintilla, ne otiositatis torpore explosa delitesceret, quibus sanctorum operum meritis in feruidum perfectionis ardorem accendi ualeret, studiose percunctari sollicitus cepit.

2. <Eadgari regis actio reformatoria> Comperto etenim quod sacra coenobia diuersis sui regiminis locis diruta ac pene domini nostri Jhesu Chisti seruitio destituta negligenter tabescerent, domini compunctus gratia cum magna animi alacritate festinando ubicumque locorum decentissime restaurauit eiectisque negligentium clericorum spurcitiis non solum monachos uerum etiam sanctimonialiales patribus matribusque constitutis ad dei famulatum ubique per tantam sui regni amplitudinem deuotissime constituit bonisque omnibus locupletans gratulabundus ditauit.

40. <De ignis accessu> Ab eisdem kalendis [sc. Nouembris] concedatur fratribus accessus ignis, dum necessitas compulerit et frigoris nimietas incubuerit. Quod tamen sub silentio fiat. In refectorio uero hoc minime agatur. In huius quoque hiemis tempore propter nimiam imbrium asperitatem locus aptus fratribus designetur, cuius caumene refugio hibernalis algoris et intemperiei aduersitas leuiget. Si autem temperies tranquilla fuerit, claustro uti libuerit cum Christi benedictione utantur. Quod si pro necessitate claustro egredientes domum uti diximus designatam ingressi fuerint, idem ibi mos in omnibus teneatur qui in claustro solito tenetur. Nec quispiam ullo unquam tempore claustrium deserens praedictam ad commorandum praesumptuosus adeat uel domum derelinquens claustrium sine prioris licentia.

Bibliographie

- *Regularis Concordia Anglicae Nationis*, edd. T. SYMONS, S. SPATH, M. WEGENER, K. HALLINGER, in: *Consuetudinum saeculi X/XI/XII monumenta non-Cluniacensia*, edidit Kassius HALLINGER, CCM VII-3. Siegburg 1984, pp. 61-147.
- SYMONS, Thomas. *The Monastic Agreement of the Monks and Nuns of the English Nation*. London 1953.

Einschub: Kluniazenser

Benedikt von Aniane’s Reform kam bald zum Erlahmen. Der Weltklerus hatte weitgehend Kontrolle über die Klöster. 910 wurde Abt Berno, der streng nach Benedikt lebte, von Wilhelm von

Aquitanien beauftragt, in Cluny ein Kloster zu gründen. Berno tat dies und unterstellte es direkt dem Papst. Ziel waren Simonie und Konkubinat zu eliminieren und die Liturgie wieder ernsthafter zu betreiben. Bald entstanden viele Tochtergründungen und die Cluniacenser bildeten eine Art übernationalen Netzwerk über ganz Europa. Bis ins 12. Jh. sollten sie der wichtigste Bewegung bleiben (sie sind kein eigenen Orden). Die beiden wichtigsten Äbte von Cluny (und somit Generaläbte des Ordens) waren Odilo von Cluny († ca. 1048) und Hugo von Cluny (1024-1109). Beide reisten einen großen Teil des Jahres von Kloster zu Kloster. Ihre *Consuetudines* finden sich in *Consuetudines monasticae*, ed. Bruno ALBERS. Stuttgartiae 1900-1912, Bd. 2 *Consuetudines Cluniacenses antiquiores necnon consuetudines Sublacenses et Sacri Specus*,



9. Die Gründung der Kartäuser durch den hl. Bruno

Der Kartäuserorden entstand 1084 als der hl. Bruno v. Köln die Grande Chartreuse bei Grenoble gründete, um dort ein Leben zwischen Einsiedlertum und Coenobitismus zu führen (zunächst mit 6 Gefährten). Kartausen werden von einem Prior geleitet (nicht einem Abt), das gemeinsame Leben ist auf ein Minimum reduziert und die Mönche verlassen das Kloster wenn möglich nicht. Der fünfte Prior der Chartreuse, der hl. Guigo, verfasste 1125 *Consuetudines* für den Orden. Der Prior Basilius, zuvor Mönch in Cluny, verfasste 1170 an diese angelehnte *Statutes*, die seither als die Regel des Ordens gelten. Wir lesen vom Zeitgenossen Guibert de Nogent den Bericht über die Gründung durch Bruno (“Autobiographie”, LABANDE, ab p. 66).

At Bruno, urbe deserta, seculo etiam abrenunciare proponit, qui, suorum notitias horrens, ad Gratianopolitanum processit territorium. Ibi, in arduo et admodum terribili promontorio, ad quod difficillimum et valde insolens iter intenditur – sub eo etiam praeruptissimae vallis vorago dehiscit, – habitare delicens, hujusmodi mores instituit, et sequaces ejus hodieque sic vivunt.

Et ecclesia ibi est non longe a crepidine montis, paulo sinuatum devexum habens, in qua tredecim sunt monachi; claustrum quidem satis idoneum pro coenobiali consuetudine habentes, sed non claustraliter ut ceteri cohabitantes. Habent quippe singuli cellulas per gyrum claustri proprias, in quibus operantur, dormiunt ac vescuntur. Dominica a dispensatore escas, panem scilicet ac legumen accipiunt, quod unicum pulmenti genus a quoque eorum apud se coquitur. Aquam autem, tam haustui quam residuo usui, ex ductu fontis, qui omnium obambit cellulas, et singulorum per certa foramina aediculis influit, habent. Pisce et caseo Dominicis et valde festis diebus utuntur: pisce dixerim, non quem sibi ipsi emerunt, sed quem bonorum aliquorum virorum largitione susceperint.

Aurum, argentum, ornamenta ecclesiae a nemine, nihil enim ibi praeter calicem argenteum. At eamdem ecclesiam non horis solitis, uti nos, sed certis conveniunt. Missas, nisi fallor, dominica et solempnibus audiunt. Nusquam pene loquuntur, nam si quid peti necesse est, signo exigitur. Vinum, si quando bibunt, adeo corruptum, ut nil virium, nil pene saporis utentibus afferat, vix communi sit unda praestantius. Ciliciis vestiuntur ad nudum, ceterarum vestium multa tenuitas. Sub priore agunt; vices autem abbatis ac provisoris Gratianopolitanus episcopus, vir plurimum religiosus, exsequitur. Cum in omnimoda paupertate se deprimant, ditissimam tamen bibliothecam coaggerant: quo enim minus panis hujus copia materialis exuberant, tanto magis illo, qui non perit, sed in aeternum permanet, cibo operose insudant. [...]

Vocatur autem locus ille Carthusia; in quo terra rei frumentariae causa parum ab eis colitur. Verum velleribus suarum, quas plurimas nutriunt, ovium, qualescunque suis usibus fruges comparare soliti sunt. Sunt autem infra montem illum habitacula laicos vicenarium numerum excedentes fidelissimos retinentia, qui sub eorum agunt diligentia. Hi igitur tanto coeptae contemplationis fervore feruntur, ut nulla temporis longitudine a sua institutione desistant, nec aliqua arduae illius conversationis diuturnitate tepescant.

Inde etiam, qua nescio occasione, mirabilis iste Bruno recedens, postquam his, quae praelibavimus rudimenta, multa dictorum et factorum inculcatione praestiterat, ad Appulos nescio Calabrosve concessit et ibidem huic quiddam simile vivendi genus instituit. Ibi cum multa humilitate se ageret, et omnimoda piorum exemplorum praebitione circumquaque fulgeret, ad episcopii dignitatem ab apostolica sede quaesitus et tentus, fugit et, seculum veritus, ne ea, quae de Deo gustarat, amitteret, in dilatione tanti muneris non divina, sed saecularia recusavit.

Bibliographie

- Guibert de Nogent. Autobiographie; introduction, édition et traduction par Edmond-René LABANDE. Paris 1981.
- *Statuta et privilegia ordinis Carthusiensis*, a domno Guigone priore Cartusie ed. Basileae : AMORBACH 1510. <http://dx.doi.org/10.3931/e-rara-2879> online bei e-rara.
- <http://www.chartreux.org/> Offizielle Homepage.

10. Zisterzienser, Bernhard v. Clairvaux (Anfang 12. Jh.)

Abt Robert von Molesme verließ 1098 mit einigen Mönchen sein cluniacensisches Kloster Molesme um eines zu gründen, das sich streng an die Benediktsregel hält. Sie gründeten das “*Novum Monasterium*” Cîteaux (*Cistercium*) bei Dijon. Als Papst Urban II Robert befiehlt, in sein Kloster zurückzukehren, wird Alberic zum Prior Cîteaux’s. Er baute bis zu seinem Tod 1108 ein großes Kloster auf. Sein Nachfolger Stephen Harding (auch einer der damaligen Begleiter Roberts) schrieb zwei Versionen der Ordens“regel” (nebst Benedikt), der *Carta Caritatis*, die v.a. das Verhältnis zwischen Mutterhaus und Tochterklöstern regelt. 1113 trat der charismatische Mystiker Bernhard von Clairvaux (1090-1153) ein, der die weitere Ausbreitung des Ordens entscheidend förderte. Die Zisterzienser sind eine weitere Reformbewegung, die auf die Benediktsregel zurückgriff, und zwar ohne die Zusätze, die sich in der Zwischenzeit (bei den Cluniacensern) ergeben hatten. Besonders wichtig ist ihnen die manuelle Arbeit der Mönche (insbesondere Feldarbeit), v.a. für Laienbrüder, die eine wichtige Arbeitskraft der Klöster werden.



Als sozusagen internationale, päpstliche Miliz für die neuen Kreuzfahrerstaaten entstehen in dieser Zeit **Ritterorden**. 1139 schreibt Bernhard eine Lobrede auf den Templerorden: *Liber ad milites Templi de laude novae militiae*. (I,258-326 = PL 182,921-40), die in dessen Regel integriert werden wird. Diese basiert auf Benedikt mit Anpassungen militärischer Art und daran, dass die Ritter i.A. illiterate Laienbrüder sind: weniger Liturgie (die sie nur hören müssen), 3x pro Woche Fleischkonsum, aber Gehorsam, Besitzlosigkeit, Keuschheit. 1312 wird der Orden aufgelöst, aber andere Ritterorden sollten wichtig bleiben, v.a. der Deutsche Orden im Baltikum.

Bernhard über die Cluniacenser (*Apologia ad Guillelmum abbatem* VI,12, II,167 = PL 182,905D). Auf die Verteidigung des neuen Ordens folgt ein Gegenangriff:

At, inquit [selbstgerechte *detractores*], quomodo Regulam tenent, qui pelliciis induuntur; sani carnibus, seu carniū pinguedine vescuntur; tria vel quatuor pulmentaria una die quod Regula prohibet admittunt; opus manuum, quod jubet, non faciunt: multa denique pro libitu suo vel mutant, vel augent, vel minuunt? Recte. Non possunt haec negari. Sed attendite in regulam Dei, cui utique non dissonat institutio sancti Benedicti. *Regnum Dei*, inquit, *intra vos est* (Luc. 17,21), hoc est, non exterius in vestimentis aut alimentis corporis, sed in virtutibus interioris hominis.

Carta charitatis prior. Prologus.

Antequam abbatie cistercienses florere inciperent, dominus Stephanus abbas et fratres sui ordinauerunt ut nullo modo abbatie in alicuius antistitis diocesi fundarentur, antequam ipse decretum inter

cisterciense cenobium et cetera ex eo nata exaratum et confirmatum, ratum haberet et confirmaret, propter scandalum inter pontificem et monachos deuitandum. In hoc ergo decreto predicti fratres, mutue pacis futurum precauentes naufragium, elucidauerunt et statuerunt, suisque posteris reliquerunt, quo pacto quoue modo, immo qua caritate monachi eorum, per abbatias in diuersis mundi partibus corporibus diuisi animis indissolubiliter conglutinentur. Hoc etiam decretum cartam caritatis uocari censebant, quia ejus statutum omnis exactionis grauamen propulsans, solam caritatem et animarum utilitatem in diuinis et humanis exequitur.

VII Das “Generalkapitel”

Harum ecclesiarum abbates omnes per annum semel illa die, quam inter se constituent, ad nouum monasterium ueniant, ibique de salute animarum suarum tractent; in obseruatione sancte regule uel ordinis si quid emendandum est uel augendum, ordinent, bonum pacis et caritatis inter se reforment. Si quis uero abbas minus in regula studiosus, uel secularibus rebus nimis intentus, uel in aliquibus uitiosus repertus fuerit, ibi caritatiue clametur. Clamatus ueniam petat, penitentiam pro culpa sibi indictam adimpleat. Hanc uero clamationem non nisi abbates faciant. Quod si aliqua ecclesia pauperiem intolerabilem incurrerit, abbas illius coenobii coram omni capitulo hanc causam intimare studeat. Tunc singuli abbates maximo caritatis igne succensi illius ecclesie penuriam, rebus a deo sibi collatis, prout habuerint, sustentare festinent.

Bibliographie

- Bernhard von Clairvaux. Sämtliche Werke. Lateinisch/deutsch. Hrsg. von Gerhard B. WINKLER ... [et al.]. Innsbruck 1990-1999.
- BREM, Hildegard & Alberich Martin ALTERMATT (Edd.). Einmütig in der Liebe: die frühesten Quellentexte von Cîteaux. lateinisch-deutsch. Langwaden 1998.
- DIHSMAYER, Monika R. *Carta Caritatis*. Verfassung der Zisterzienser. Rechtsgeschichtliche Analyse einer Manifestation monastischer Reformideale im 12. Jh., Berlin 2010.
- Heutige *Constitutiones* (lat.): http://www.ocist.org/cms/index.php?option=com_content&view=article&id=49&Itemid=55&lang=en



11. Franziskaner, Franz von Assisi

Franz (Franciscus) wurde als Giovanni Battista Francesco Bernardone in einer reichen Händlerfamilie 1181/2 in Assisi geboren. Nach einjähriger Kriegsgefangenschaft (1203) begann in ihm ein Bekehrungsprozess, der in der Überzeugung mündet, mit einigen Gefährten ein evangelische Leben (Askese der Nachfolge des leidenden Christus) führen zu wollen. 1208 lässt er sich freiwillig enterben. Papst Honorius III heißt seine revidierte Regel (“*regula bullata*”) 1223 gut, womit der Orden der *fratres minores* (OFM) offiziell entsteht. † 1226. Seine *Protoregula* ist leider verloren, seine anderen Werke sind alle kurz, z.T. auf altitalienisch verfasst (besonders berühmt das *Canticum fratris Solis vel laudes creaturarum*). Seine Lebensweise zeichnet sich durch Armut, Heimatlosigkeit und einer Zuwendung zu der gesamten Schöpfung aus. Unter seinen frühesten Anhängern (ab 1212) befand sich Clara v. Assisi (1193-1253). Auf sie geht der Orden der Clarissen (*ordo sanctae Clarae*) zurück. Als erste Frau verfasste sie für diesen eine Regel, die an diejenige Franzens angelehnt ist.

Regula bullata, Caput IV: *Quod fratres non recipiant pecuniam*.

Praecipio firmiter fratribus universis, ut nullo modo denarios vel pecuniam recipiant per se vel per interpositam personam. Tamen pro necessitatibus infirmorum et aliis fratribus induendis, per amicos spirituales, ministri tantum et custodes sollicitam curam gerant secundum loca et tempora et frigidas regiones, sicut necessitati viderint expedire; eo semper salvo, ut, sicut dictum est, denarios vel pecuniam non recipiant.

Caput VI: *Quod nihil approprient sibi fratres, et de eleemosyna petenda et de fratribus infirmis.*

Fratres nihil sibi approprient nec domum nec locum nec aliquam rem. Et *tanquam peregrini et advenae* (1 Ptr 2,11) in hoc saeculo in paupertate et humilitate Domino famulantes vadant pro eleemosyna confidenter, nec oportet eos verecundari, quia Dominus pro nobis se fecit pauperem in hoc mundo (2 Cor 8,9). Haec est illa celsitudo altissimae paupertatis, quae vos, carissimos fratres meos, heredes et reges regni caelorum instituit, pauperes rebus fecit, virtutibus sublimavit (Jac 2,5). Haec sit *portio* vestra, quae perducit *in terram viventium* (Ps 141,6). Cui, dilectissimi fratres, totaliter inhaerentes nihil aliud pro nomine Domini nostri Jesu Christi in perpetuum sub caelo habere velitis. Et, ubicumque sunt et se invenerint fratres, ostendant se domesticos invicem interesse. Et secure manifestet unus alteri necessitatem suam, quia, si mater nutrit et diligit filium suum (cf. 1 Thes 2,7) carnalem, quanto diligentius debet quis diligere et nutrire fratrem suum spiritualem? Et, si quis eorum in infirmitate ceciderit, alii fratres debent ei servire, sicut vellent sibi serviri (Mt 7,12).

Aus seinem *Testamentum* (SC 285, p. 206)

Et postquam Dominus dedit mihi de fratribus, nemo ostendebat mihi, quid deberem facere, sed ipse Altissimus revelavit mihi, quod deberem vivere secundum formam sancti Evangelii. Et ego paucis verbis et simpliciter feci scribi et dominus Papa confirmavit mihi. Et illi qui veniebant ad recipiendam vitam, *omnia quae habere poterant* (Tob 1,3), dabant pauperibus; et erant contenti tunica una, intus et foris repeciata, cum cingulo et braccis. Et nolebamus plus habere. Officium dicebamus clerici secundum alios clericos, laici dicebant: Pater noster; et satis libenter manebamus in ecclesiis. Et eramus idiotae et subditi omnibus. Et ego manibus meis laborabam, et volo laborare; et omnes alii fratres firmiter volo, quod laborent de laboritio, quod pertinet ad honestatem. Qui nesciunt, discant, non propter cupiditatem recipiendi pretium laboris, sed propter exemplum est ad repellendam otiositatem. Et quando non daretur nobis pretium laboris, recurramus ad mensam Domini, petendo eleemosynam ostiatim. Salutationem mihi Dominus revelavit, ut diceremus: “Dominus det tibi pacem”. Caveant sibi fratres, ut ecclesias, habitacula paupercula et omnia, quae pro ipsis construuntur, penitus non recipiant, nisi essent, sicut decet sanctam paupertatem, quam in regula promisimus, semper ibi hospitantes sicut advenae et peregrini (cf 1 Ptr 2,11).

Anfang der Regel Claras

[In nomine Domini. Incipit forma vitae sororum pauperum]


1 Forma vitae Ordinis Sororum Pauperum, quam beatus Franciscus instituit, haec est: 2 Domini nostri Jesu Christi sanctum evangelium observare, vivendo in obedientia, sine proprio et in castitate. 3 Clara, indigna ancilla Christi et plantula beatissimi patris Francisci, promittit obedientiam et reverentiam Domino papae Innocentio et successoribus eius canonice intransibus et Ecclesiae Romanae.

Bibliographie

- ESSER, Kajetan. Das Testament des heiligen Franziskus von Assisi: eine Untersuchung über seine Echtheit und seine Bedeutung. Münster/Westfalen 1949.
- ESSER, Kajetan. Gli scritti di s. Francesco d’Assisi. Edizione critica. Padova 1982. Online: <http://www.franciscan-archive.org/patriarcha/opera/opuscula.html> (ohne krit. Apparat).
- François d’Assise: Ecrits ; texte latin de l’édition K. ESSER, introduction, traduction, notes et index par Théophile DESBONNETS ... [et al.]. SC 285. Paris 1981.
- <http://www.ofm.org/> Offizielle Homepage.
- Claire d’Assise: Ecrits ; introduction texte latin, traduction, notes et index par Marie-France BECKER ... [et al.]. SC 325. Paris 1985.

12. Predigerorden, Dominicus von Osma

Dominik von Osma (1170-1221) war Regularkanoniker (Augustinusregel). Überzeugt, dass Argumente roher Gewalt vorzuziehen seien, missionierte er bei den Katharern und wollte es deren *perfecti* gleichtun in schlichtem, asketischem Lebenswandel. 1216 wurde seine Bewegung vom Papst als Orden mit dem Ziel der Mission und der Seelsorge approbiert. Sein Orden ist von Anfang an klerikal und gelehrt. Dominik kannte Franz (wohl sogar persönlich) und übernahm einiges von ihm. Aus dem Orden sollten wichtige Gelehrte (Albertus Magnus, Thomas v. Aquin) hervorgehen, doch wird er auch von Papst Gregor IX mit der Inquisition beauftragt. Die Dominikaner stützen sich weiterhin auf die Augustinusregel, erweitert durch Zusätze (v.a. die Armut betreffend); diese *Constitutiones* gehen auf Jordanus von Sachsen (Nachfolger Dominiks als Ordensgeneral) zurück. 1228 hat er sie zusammen mit *priores provinciales* verfasst, seither werden sie immer wieder angepasst.



Dist. II, cap. 33. *De scandalo predicationis* <spätere Zusätze gemäß Ed. Thomas>

Caveant fratres nostri, ne *ponendo os in celum* [Ps. 72,9] suis predicationibus religiosos vel clericos scandalizent. Sed ea, que in ipsis emendanda viderint, *obsecrando ut patres* [1 Tim 5,1] seorsum emendare procurent. <Nullus assumatur ad predicationis officium extra claustrium vel fratrum consortium infra viginti quinque annos. Statuimus ne fratres nostri in predicationibus suis dari vel colligi pecuniam admoneant pro domo vel aliqua persona speciali.>

Cap. 34. *De itinerantibus*

Predicatores vel itinerantes, cum in via existunt, officium suum dicant prout sciunt et possunt, et sint contenti officio ecclesiarum ad quas aliquando declinant, vel etiam agant officium vel audiant apud episcopos vel prelatos vel alios, secundum morem eorum cum quibus aliquando conversantur. <In inclinationibus conformemur moribus eorum, ad quos declinamus.> Fratres etiam viatores litteras testimoniales secum ferant et in conventibus, ad quos declinaverint, de excessibus factis ibidem corrigantur. <Prior priorem supervenientem honoret. Hospes per civitatem sine consilio eius non discurrat vel moram faciat.> Prior in ordine sit prior in via, nisi forte predicatori adiungatur vel, cum egrediuntur, aliter prelatum cum ipsis ordinauerit. Socius datus predicatori, ipsi ut priori suo in omnibus obediat. Fratres minores sicut et nostri caritative et hilariter recipiantur et secundum facultatem domus pie et honeste procurentur. <Nullus fratrum vadat ad curiam nisi de licentia magistri vel capituli generalis. Sed mittatur garcio ad fratres, qui ibi sunt, vel si quis secularis voluerit procurare, ut tanquam per se et non per nos videatur facere. Fratres non recipiant a mulieribus munuscula nec dent, et maxime confessores.>

Cap. 35. *De edificiis*

Mediocres domos et humiles habeant fratres nostri, ita quod murus domorum sine solario non excedat in altitudine mensuram duodecim pedum et cum solario viginti, ecclesia triginta. Et non fiat lapidibus testudinata nisi forte super chorum et sacristiam. <Si quis de cetero contrafecerit, pene gravioris culpe subiacebit. Item, in quolibet conventu tres fratres de discretioribus eligantur, sine quorum consilio edificia non fiant. Fratres non sint dispensatores alienarum rerum vel pecuniarum nec fideicommissarii. Depositarii esse possunt. Item, nullus faciat sibi scribi libros de rebus domus nisi ad communem utilitatem. Item, in diebus dominicis servilia opera, ut lapides portare, ligna aggregare et similia, fieri prohibemus.>

Bibliographie

- THOMAS, Antoninus Hendrijk. De oudste constituties van de Dominicanen. Voorgeschiedenis, Tekst, Bronnen, Onstaan en Ontwikkeling (1215 bis 1237). Leuven 1965.
- Jordan von Sachsen, Von den Anfängen des Predigerordens, hg. von Wolfram HOYER (Dominikanische Quellen und Zeugnisse 3), Leipzig 2002.
- <http://www.op.org/> Offizielle Homepage.

13. Humanistische Askese: Petrarca

Francesco Petrarca (1304-1374) ist einer der bedeutendsten Humanisten. Literat, Dichter, Gelehrter mit klassizistischen Vorlieben. Besondere Vorbilder Cicero und Augustin. Werke auf lat. und ital. Er verwirklichte sein Ideal von gelehrtem Sich-Zurückziehen im Alter in Arquà (Nähe von Padua). In *De otio religioso* (Besuch 1347, vollendet 1357) berichtet er über seinen Besuch im Kartäuserkloster Montrieux in der Provence, wo sein Bruder Gerardo lebte, er verherrlicht das dortige Leben als: *veni ego in paradisum, vidi angelos Dei in terra et in terrenis corporibus habitantes, suo tempore habitaturos in celis et ad Christum, cui militant, exacto presentis exilii labore venturos.*

De vita solitaria (1346), Liber 1,1 [Anfang, ENENKEL p. 61 und 64]

Credo ego generosum animum, preter Deum ubi finis est noster, preter se ipsum et archanas curas suas aut preter aliquem multa similitudine sibi coniunctum animum nusquam acquiescere. Etsi enim voluptas tenacissimo visco illita et blandis ac dulcibus plena sit laqueis, fortes tamen circa terram alas detinere diutius non potest. Atqui sive Deum, sive nos ipsos et honesta studia, quibus utrunque consequimur, sive conformem nobis querimus animum, a turbis hominum urbiumque turbinibus quam longissime recedendum est. [...]

[1,2] Surgit occupatus, infelix habitator urbium, nocte media, somno vel suis curis vel clientium vocibus interrupto, sepe etiam lucis metu, sepe nocturnis visis exterritus; mox infelici scamno corpus applicat, animum mendaciis: in illis est totus, seu ille mercibus precium facere, seu sotium, seu pupillum fallere, seu vicini coniugem pudicitia armatam expugnare blanditiis, seu litigio iniusto iustitie velum fando pretendere, seu denique publici privatique aliquid corrumpere meditatur. Nunc ira preceps, nunc ardens desiderio, nunc desperatione gelatus: ita pessimus artifex ante lucem diurni telam negotii orditur, qua sese atque alios involvat.

Surgit solitarius atque otiosus, felix, modica quiete recreatus, somnoque brevi, non fracto, sed expleto et interdum pernoctantis philomene cantibus experrectus thoroque vixdum leniter excussus, pulsisque torporibus quietis horis psallere incipiens, ianitorem labiorum suorum ut egressuris inde matutinis laudibus aperiat devotus exposcit et cordis sui dominum in adiutorium suum vocat nichilque iam viribus suis fidens et imminentium conscius metuensque discriminum, ut festinet obsecrat, nullis texendis fraudibus intentus, sed Dei gloriam et Sanctorum laudes non in dies tantum, sed in horas, et indefesso lingue famulatu et pio mentis obsequio repetens, ne quando forsitan ingrato animo divinorum munerum memoria evanescat.

Liber 2,1 [Anfang, Ed. MARTELOTTI]

Sentio tamen adhuc aliquid deesse, et video nunc etiam quid expectes: rem suapte natura validam exemplis armari. Longa est historia qui philosophi aut poete, quo se se altius attollerent, primum pedem in solitudine posuerunt; nam de sanctis et vulgatiore et notiore et longiore, qui urbes spontaneo damnantes exilio, sacra sui presentia solitudinem illustrarunt. De quibus, si exactius loqui velim, non possum non inculcare notissima; etenim hac in parte quid incognitum est tibi? Illud ne expectaveris, ut transcribam tibi, quas vocant patrum vitas. [...]

Trotzdem folgt eine lange Liste von Wüstenvätern, dann späterer Christen und schließlich weitere Beispiele aus vielen Zeiten und Religionen (bis hin zu indischen "Gymnosophisten").

Bibliographie

- ENENKEL, K. A. E. *De vita solitaria*. Buch 1 / Francesco Petrarca ; kritische Textausgabe und ideengeschichtlicher Kommentar. Leiden 1990.
- Petrarca, Francesco. *De vita solitaria*, a cura di Guido MARTELOTTI ; traduzione italiana di Antonietta BUFANO. Torino 1977.

- Petrarca, Francesco. Il *De otio religioso*; a cura di Giuseppe ROTONDI. Vaticano 1958.
- Opera online: <http://petrarca.scarian.net/index.html>

Zum Schluss noch einen kleinen Abstecher in die Neuzeit, deren mannigfache Weiterentwicklungen wir aus Zeitgründen nicht behandeln können.

14. Ignatius v. Loyola, *Constitutiones Societatis Iesu*

Der baskische Offizier Ignatius von Loyola (1491–1556) gründete 1534 mit einigen Freunden die Societas Jesu (SJ), nachdem er mystische Erfahrung erlebt hatte. Das Konzil von Trento (*Tridentinum* 1545-63) beauftragte den Jesuitenorden, die Bildung im Klerus und im Volk zu verbessern. Jesuiten taten sich bald als Missionare, Dichter und Wissenschaftler hervor. Ein besonders spektakuläres Jesuitenprojekt war der 1610 bis 1767 bestehende “Jesuitenstaat” Paraguay, in dem die Indianer weitgehend vom üblichen Kolonialismus verschont blieben. Die *Constitutiones* (1540) verlangen absoluten Gehorsam (“*perinde ac cadaver*”) mit dem Ziel *ad maiorem Dei gloriam*. Die Überschriften zeigen die straffe Organisation:



Pars I. De admissione ad probationem

Pars II. Quae ad eos dimittendos pertinet qui ad probationem admissi fuerant et parum apti ad Societatem inveniuntur

Pars III. De iis conservandis et promovendis qui in probatione manent

Pars IV. De iis qui in Societate retinentur instruendis in litteris et aliis quae ad proximos iuvandos conferunt. Hauptteil

Pars V. De iis qui ad admittendum in corpus Societatis pertinent

Pars VI. De iis qui admissi et in corpus Societatis cooptati sunt quod ad ipsorum personas attinet

Pars VII. De iis quae pertinent ad admissos in corpus Societatis ad proximorum utilitatem per vineam Domini distribuendos

Pars VIII. De iis quae conferunt ad eorum qui dispersi sunt cum suo capite et inter se mutuam unionem

Pars IX. De iis quae ad caput Societatis et gubernationem ab eo descendentem pertinent

Pars X. De modo quo conservari et augeri totum corpus Societatis in suo bono statu possit

Quarta pars, Prooemium, p. 32s.

Cum scopus, ad quem Societas rectà tendit, sit, suas ac proximorum animas ad finem ultimum consequendum, ad quem creatae fuerunt, juvare; cumque ad id praeter vitae exemplum, doctrina et modus eam proponendi sint necessaria; postquam in iis, qui admissi sunt ad probationem, jactum esse videbitur abnegationis propriae et profectus in virtutibus necessari bonum fundamentum; de litterarum aedificio et modo eis utendi agendum erit; quo juvare possint ad magis cognoscendum magisque serviendum Deo Creatori ac Domino nostro.

Pars septima, IV,11 [p. 89].

Qui talento praeditus ad scribendos libros communi bono utiles, eos conscriberet, in lucem, edere non debet, nisi prius Praepositus Generalis eos videat, et aliorum etiam iudicio et censurae subjiciat; ut, si ad aedificationem fore videbuntur, et non aliter in publicum prodeant.

Bibliographie

- *Constitutiones Societatis Iesu*, anno 1558. Reprinted with an appendix containing a translation and several important documents. London 1838. [online archive.org]